



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 46. Quæ in Schismate secuta sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. injungit, ut in Ecclesiis Augustensi * &
A. C. 1089. Curiensi Episcopus ordinet, ac in aliis,

* Aouste.

ad quas Episcopus Passaviensis pergere non posset. *Ipsi enim, ait Pontifex, quemadmodum & tibi, Saxoniam, Allemanniam, ac ceteras, quæ prope sunt, regiones vice nostra regendas committimus. Ordinationes improbandas improba, roborandas roboranda, omnia negotia Ecclesiastica, adhibito piorum virorum consilio, diligenter cura, quoad usque Legatus Sacræ Sedis cum mandatis peculiaribus ad vos mitti possit. Hæc Bulla Romæ decima octava Aprilis data est.*

§. XLVI.

Quæ in Schismate secuta sunt.

Non facilis sane negotii res erat, illo Ecclesiæ tempore mediam viam tenere inter nimiam indulgentiam, quæ Disciplinam subvertisset, & nimium rigorem, quo rei ad contumaciam fuissent excitati. Nam Guibertus Sectatores-

quæ tinent, non satis meminimus, causam facile determinare non possumus. Salva tamen ejusdem privilegii auctoritate, tibi singulariter in Clerum & populum, præter monachos, omnem concedimus Episcopalis Regiminis potestatem. Ceterum ut in eodem Cænobio Abbatem Catholicum regulariter vice nostra præstitueret studeas tuæ obedientiæ imperamus. Nec solum in eo &c.

que ejus in Regionibus Henrico Regi parentibus, Sacros Ordines frequentissime plus pecuniæ dantibus conferebant. Sic-

Sæculum XI.
A. C. 1089.

que excommunicatorum numerus usque adeo augebatur, ut devitari a Catholicis vix possent. Papa hoc anno Concilium generale centum & quindecim Episcoporum celebravit, in quo, ut conjectura est, confirmatum Statutum de indulgentia erga Schismaticos. Quippe Romani Guibertum probrose ejecerunt, prius jurare compulsum, quod Sacram Sedem ultra usurpare nollet. Sedem vero Ravennatensem non reliquit; quin in omnibus Tabulis illius Ecclesiæ se Guibertum Archiepiscopum subscribit, unica excepta, in qua Clementis nomen sibi tribuit, & quod omnino mirum videtur, Decretis, in quibus se Guibertum dicit, appositi sunt anni Pontificatus Clementis, quasi vero non una, sed duæ personæ fuissent.

Bertold. an.
1089.

Bertold,

Ceterum, utraque Parte pacem optante, Duces Comitesque Catholici cum Henrico Imperatore ad colloquendum convenerunt. Promittebant auxilium ad eum toti Regno restituendum, si rejecto Guiberto Urbanum Papam veneraretur. Nec Henricus adeo repugnabat, sed illorum, qui sibi huc usque integra fide adhæserant, consensum exquirebat. Porro inter hos Episcopi erant,

to. 10. Conc.
p. 1818. ex
Rub. Hist.
Ravenn. l. 5.
p. 311.

Hist. Eccles. Tom. XV. P p a Schis-

Sæculum XI. a Schismaticis ordinati, qui cum nihil
A.C. 1089. certius futurum scirent, quam ut ab offi-
 cio deponerentur, sibi paci locus daretur, Imperatorem ab hoc consilio omni-
 bus viribus abstraxerunt.

Porro ut Rem Catholicam firmo præsidio muniret, Urbanus Papa Comiti-
 tiffæ Mathildi auctor fuit; Welphoni filio
 Welphonis senioris Ducis Bavariæ, & A-
 zonis Marchionis Ferrariensis Nepoti, nu-
 beret. Mathildis, annis abhinc tredecim,
 elato viro, vidua, & annos nata quadra-
 ginta tres, nihilominus, ut Papæ obedi-
 ret, & Ecclesiam Romanam contra Schis-
 maticos fortius defenderet, in has nu-
 ptias consensit. Postea autem sancte af-
 firmavit Welpho, Mathildem ab ipso
 semper mansisse intactam. Ceterum
 hoc matrimonium Henricum Imperato-
 rem immanem in modum torfit.

Sup. lib.
LXII. §. 32.
Bertold. an.
 1089. &
 1095.

§. XLVII.

Lanfranci Cantuariensis extrema.

Anglia hoc anno amisit Lanfrancum Ar-
 chiepiscopum, sui Sæculi lumen, qui
 pari modo Disciplinam Ecclesiasticam in
 Anglia restauravit, quo Guilielmus Rex,
Conquestor dictus, Rempublicam resti-
 tuit. Tantam fiduciam Rex in Lanfran-
 co posuerat, ut quotiescunque in Nor-
 mannam navigaret, eum Angliæ custo-
 dem constitueret; cui Optimates omnes
 pare-

vit. Lanfra.
 c. 15.